



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1842

III. Markgraf Ludwig bekennt der Stadt Prizwalk 212 Pfund Brand.
Pfenninge schuldig zu seyn, im J. 1325.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54306](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54306)

III. Markgraf Ludwig bekennt der Stadt Prizwalk 212 Pfund Brand. Pfenninge schuldig zu seyn, im J. 1325.

Nouerint vniuersi, ad quorum audientiam peruenerit presens scriptum, Quod Nos Lodeuicus, dei gratia Brandenburgensis et Lusacie Marchio, Comes palatinus Rheni, dux bawarie sacri Imperii archicamerarius, obligamur discretis viris Consulibus atque vniuersitati Burgenfium nostrorum in Prizwalk, ex parte dominorum Magnopolensium in ducentis talentis et duodecim talentis denariorum Brandenburgensium in sex marcis argenti brandenburgensis. Cuius summe totalis medietatem persoluemus eisdem a festo Sancti Martini proxime venturo infra biennium, et relique medietatis mediam partem die sancti martini, tunc post biennium predictum proxime sequenti et ultimam partem die sancti martini immediate tunc ventura. In cuius rei testimonium nostrum Sigillum presentibus est appensum. Presentibus Nobili viro Domino Gunthero, Comite de Lindowe, Segero preposito Stendaliensi, Grifecone, H. de stegelitz, alberto de clepitzk, Jo. de crocher, f. et h. de schepelitz, Militibus, cum aliis fide dignis. Datum wusterhausen anno Domini M^o CCC^o XX quinto feria III^a post festum Sancti Bartholemei.

Nach dem Original.

IV. Markgraf Ludwig bestätigt der Stadt Prizwalk die über das Dorf Streketin gegebenen Briefe im J. 1336.

Anno domini M^o CCC^o XXXVI^o in Arneburg Quasimodogeniti. Contententes & diligenti consideratione pensantes obsequiorum & fidelitatis nobis a longinquis temporibus per ciues in prizwalk fideliter inpenstarum promptitudinem, ipsis, ipsorum heredibus & successoribus ad ipsorum instantem instantiam litteras pridem datas & super villa Magna Streketin concessas sub modis forma & condicionibus, quibus ipsos super premissa villa dedimus & concessimus, confirmamus, ratificamus et presentibus approbamus.

Nach dem Leipziger Copialbuch der Vogtei Havelberg, Bl. 6 b. Nr. XI.

V. Markgraf Ludwig verändert den Tag der Urbedenrichtung für die Stadt Prizwalk, im J. 1339.

Nouerint etc. quod nos Ludouicus etc. attendentes sincera intencione & pensantes grauamina, quibus discreti viri consules & vniuersitas ciuitatis nostre prizwalk per dationem pensionis annue, predecessoribus nostris marchionibus Brandenburgensibus eciam et nobis in festo beate walpurgis date & solute, grauati sunt et, ut ex ipsorum relacionibus cognouimus, onerosius onerati, nos eo studio quo poterant, ut ipsum solucionis terminum supra festum beati martini commutare et transferre dignaremur efficacius hortabantur. Nos vero ipsorum affectibus & desiderijs inclinati huius annuimus, iuxta vota concedentes ipsis ex beneficio gracie nostre singularis, quod eandem pensionem — in festo beati martini